



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reverendis Et Illustribus Dominis Virisque Clarissimis  
Subdecano & Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ  
Coloniensis dominis suis gratis ...**

**Hermann <V., Köln, Erzbischof>**

**[Köln], [1545]**

**VD16 K 1742**

Reverendissimis In Christo Ac Illustribus, Reuerendis ac Illustribus,  
honorabilibus doctissimisq[ue] ac præstantibus, Imperij Electoribus,  
Principibusq[ue] ac publicis Imperij Statibus & absentium ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35072**

## REVERENDISSIMIS IN CHRISTO AC ILLU

*strissimis, Reuerendis ac Illustribus, honorabilibus doctissimisq; ac  
praestantibus, Imperij Electoribus, Principibusq; ac publi  
cis Imperij Statibus & absentium Oratoribus,  
nunc Vuormatiae congregatis, nostris di  
lectis amicis, cognatis, affini  
bus, fidelibus ac pra  
dilectis.*

**A**Mica obsequia nostra & quicquid iucundi ac boni possumus, beneuo  
lamq; salutationem imprimis. Reuerendissimi in Christo ac Illustrissi  
mi Principes, Reuerendi, Illustres, Nobiles, honorabiles, doctissimi ac pra  
stantes, dilecti amici, cognati, affines, fideles & praedilecti: Qualiter nos pro  
pter multiplices inimicos & temerarios conatus quorundam nobis obstricto  
rum, rebellium tamen subditorum, Romanam Caesa. Maiestatem uestrasq;  
dilectiones & uos scriptis interpellare, ac nos coram Caesarea Maiestate ue  
strisq; dilectionibus & uobis ad audientiam offerre & ulterius rogare, &c.  
necessario compellimur, ex adiuncto scriptis intelligetis. Quum ad dilectiones  
uestras & uos, tanquam ad commembra nostra in Imperio, confidentiam ha  
beamus omnis fraternae, amicae ac beneuolae fidelitatis, & quod omne infortu  
nium & perturbationem Germanicae nationis summopere praecauere studeatis:  
neq; dubitemus scire uos probe considerare, quid talia importent, & quo ten  
dere queant, ideo ad dilectiones uestras & uos peramica petitio nostra est,  
ut haud grauatim huiusmodi scriptum nostrum legere & desuper consultare,  
ac rebellium periculosam & ad mala multa tendentem actionem, nostramq;  
summe rationadilem oblationem petitionemq; cordialiter ponderare, ac Ro  
manae Caesareae Maieitati nostro omnium clementissimo domino, una cum  
Consiliarijs nostris diligentissime proponere ac supplicare, ut cum haec nego  
tia magnam Germanicae nationis inquietudinem tumultumq; praeseferant, cle  
menter provideat, quo aut nostrae pie & iustae oblationi detur locus, aut re  
bellibus nostris nullae aduersum nos & omnes nostros concedantur citatio  
nes, mandata & alia scripta, sed a falsis & procacibus querelis, Appella  
tionibus, alijsq; ineptis attentationibus suis cohibeantur, eisq; perpetuum im  
ponatur silentium. Quatenus omnis generis incommoda, quae ex peruerso sensu  
quorundam hominum, qui causam hanc ad perditionem nostri Archiepisco  
patus, ac totius demum Germanicae nationis agitant, praueuantur, atq; tran  
quillus status, in quo Archiepiscopatus noster haecenus sub nostro regi  
mine stetit, manuteneatur. Et pax, quies, & concordia in sacro Imperio eo me  
lius promoueatur & conseruetur. Denique ne alij subditi occasionem habeant

A ij horum

horum peruersorum & rebellium hominum exempla sequi, & sub tali uel con-  
simili pretextu resistere omni Christianae atque etiam externae emendationi,  
quam superior potestas libenter instituere uelit, iustamq; obedientiam recu-  
sare. Hac & omnem aliam promotionem in hac causa uolumus de dilectione ue-  
stra & uobis indubitanter sperare, atque in simili & maiori, omnibusq; alijs  
negotijs libenter & amice promereri, gratiosesq; & in omni  
bono recognoscere. Ad has literas & ad scriptu  
nostrum his inclusum acceleratam respon-  
sionem rogantes & petentes. Da-  
tum in Buschouen uice  
sina sexta Iunij,  
Anno  
Millesimo quingentesimo qua-  
dragesimoquin-  
to.

Hermannus Dei gratia Archiepiscopus Colonie  
ensis, & Princeps Elector, Dux Westphaliae.

Hermannus manu propria.

Omnium